

## **Cartulaire manceau de Marmoutier, Lavardin, Nr. 2**

Omnibus notum fiat quod Burchardus de Pinu, cum inter castrum Montis aurei et Lavarzinum die quodam militari et male consueto conflictu ad mortem vulneratus fuisse, ad Sanctum Martinum Lavarzini extreum trahens spiritum ab amicis et dominis suis delatus est et a monachis diligenter sepultus. Pro cuius sepulture beneficio dederunt ipsi amici eius et domini, Guillelmus videlicet Turpinus, nepos eius, et alii, ecclesie ubi iacebat unum terre arpennum non longe a Lavarzino iuxta viam que dicit ad Pinum ad levam proprie vineas. Ad hoc donum cum fieret affuerunt Bartholomeus de Vindocino, Paganus de Frectavalle, Paganus Muthardus, Guibertus de Sancto Medardo, Gaufredus frater Hugonis de Monte aureo, Gauterius de Pinu; de monachis Rainaldus prior, Herveus subprior, Gaufredus carpentarius; de famulis Rainaldus de Aula, Rainaldus de Vilers.